

C- uppsats, vt -06
Språk och litteraturcentrum, Latin
Lunds universitet
Handledare: Prof. Arne Jönsson

”Mens mea multis anxietatibus evecta...”

En 1600-talsläkares bestyr och besvär

Utgåva av brev från Jakob Robertsson till Axel Oxenstierna

Av Gabrielle Hansen

Innehållsförteckning

1. INLEDNING	
1.1. Introduktion	2
1.2. Syfte och metod	2
1.3. Tidigare forskning	3
1.4. Robertssons kontakter med Oxenstierna	3
1.5. Robertssons liv	4
1.6. Konflikten med Ralle Sanderson	5
2. MANUSKRIFTFÖRTECKNING OCH UTGIVNINGSPRINCIPER	
2.1. Manuskriptbeskrivning	6
2.2. Förteckning över Robertssons bevarade latinska brev	6
2.3. Utgivningsprinciper	7
3. BREVEN	
3.1. Det svenska lägret vid Riga, 1621-09-12	9
3.2. Det svenska lägret vid Riga, 1621-09-26	11
3.3. Stockholm, 1622-10-08	12
3.4. Brev med bilaga, sine loco, sine anno	14
3.5. Wolgast, 1633-01-15	20
3.6. Wolgast, 1633-07-26	22
3.7. Brev, sine loco, sine anno	24
4. BIBLIOGRAFI	26

1. Inledning

1.1 Introduktion

I arkiv och samlingar i Sverige finns i dag en stor mängd opublicerade latinska skrifter från medeltiden t.o.m. 1700-talet. De utgörs bland annat av handlingar från statlig förvaltning och diplomati, kyrkliga handlingar, privatekonomiska handlingar, poesi och övrig litteratur, privata brev och dagböcker.¹ I denna form är de tämligen svårtillgängliga för forskningen, även om forskaren behärskar latin, varför det skulle behövas ett mycket omfattande utgivningsarbete.

Flera sådana arbeten pågår för fullt, t. ex. utgivningen av Axel Oxenstiernas och Carl von Linnés brev, men mängden av texter är mycket stort. I det pågående Oxenstiernaprojektet utges brev både från och till Axel Oxenstierna.

Mellan åren 1621 och 1649 pågick en brevväxling mellan Gustav II Adolfs livläkare Jakob Robertsson och rikskansler Axel Oxenstierna. Robertsson var bl. a. närvarande vid den svenska erövringen av Riga och rapporterar därifrån. Andra brev ger oss insikter om handelns svårigheter och Robertsson familjeförhållanden och ekonomiska ärenden, för vilka han ofta ber om Oxenstiernas stöd. Dessa brev har bevarats i Riksarkivet och ännu inte utgivits.

1.2 Syfte och metod

Syftet med min uppsats är att ge ut en utvald del av de bevarade breven från Jakob Robertsson till Axel Oxenstierna med textkritiska noter och placera dem i deras rätta historiska sammanhang. Jag ämnar även fördjupa mig i brevskrivarens och adressatens liv och kontakter. Mitt mål är att göra texterna lättillgängliga för andra latinstudenter.

Av de ca 20 brev och dokument av Jakob Robertsson som finns bevarade i Oxenstiernska samlingen väljer jag ut sju texter som representerar olika perioder i Robertssons liv. De brev som jag kommer att arbeta med är skrivna av Robertsson till rikskansler Axel Oxenstierna. Jag kommer även att arbeta med en redogörelse för en rättegångstvist mellan Robertsson och apotekaren Ralle Sanderson. Dessa texter ger jag ut med textkritiska noter och en

¹ Tengström, Emin, *Latinet i Sverige*, Lund 1973, kap. 3

sammanfattning av innehållet, en s.k. regest. Jag publicerar breven i kronologisk ordning och försöker ge en klar bild av deras sammanhang och innebörd.

1.3 Tidigare forskning

En del av det källmaterial som finns efter Axel Oxenstierna har tidigare publicerats i editionsverket *Rikskansleren Axel Oxenstiernas skrifter och brevväxling* (AOSB)². Detta omfattar två delar. Del I består av 16 band av skrifter och brev från Oxenstierna som skrevs mellan 1605 och 1636. Del II består av 12 publicerade band med skrifter och brev till Oxenstierna. Arbetet avbröts dock och är därmed inte fullbordat. År 1999 tog man åter upp arbetet i och med Oxenstiernaprojektet. Skrifter och brev har gjorts tillgängliga dels i form av en databas, dels i form av en textedition. Databasen omfattar drygt 5700 poster, varav 3800 utgörs av brev från Axel Oxenstierna från tiden 1636-1654. Texteditionen innehåller främst brev som skrivits till Oxenstierna. I den finns även ett urval av skrivelser till olika adressater från Oxenstierna som skrivits mellan 1636-1654 och 96 brev från brevväxlingen mellan Oxenstierna och drottning Kristina som skrev 1633-1654.

Det finns däremot inte mycket material publicerat om livläkaren Jakob Robertssons liv och skrifter. Carl Forsstrand har skrivit en artikel³ som fungerar som en kort biografi över hans liv, där han utgått dels från brev och skrivelser, dels från de fakta som påträffas om honom i Th. A. Fishers sammanställning om skottar i Sverige⁴ och andra svenska biograflexika.

1.4 Robertssons kontakter

Robertsson stod i förbindelse med flera av rikets stormän. Det första bevarade brevet till Axel Oxenstierna är från 1621, då Robertsson rapporterar från det svenska lägret i Riga, där han är med konung Gustav II Adolf i tjänst (se kap. 3.1). Brevväxlingen pågick därefter nästan ända till Robertssons död 1652. Flertalet brev är skrivna på latin, men några på franska och svenska. Se vidare manuskriptförteckning i kap. 2.2.

² *Rikskansleren Axel Oxenstiernas skrifter och brevväxling*, utgivna av Kungliga Vitterhets-, historie- och antikvitetsakademien, Stockholm, 1888-1977

³ Forsstrand, Carl, "En Stockholmsläkare under förra hälften av 1600-talet", *Samfundet Sankt Eriks Årsbok*, s. 36-54, Stockholm, 1925

⁴ Fisher, Th. A., *The Scots in Sweden*, Edinburgh, 1907

1.5 Robertssons liv

Jakob Robertsson⁵ föddes 1566 och var son till Elisabeth Ramsay och Patrik Robertson, som tillhörde den friherrliga ätten Robertson till Strovane⁶ i grevskapet Perth i Skottland.⁷

Robertsson kom från Skottland till Sverige runt sekelskiftet 1500-1600. Då var han redan både filosofie och medicine doktor och antas ha slagit sig ner i Stockholm för att söka sitt uppehälle, liksom många andra skottar som kom till Sverige på den tiden.⁸ Den 15 februari år 1614 antogs Robertsson till konung Gustav II Adolfs livmedikus, tre år efter det att han blivit anställd som hovmedikus.⁹

Då han utsågs till livmedikus var han med kungen i fält i Livland, en av många utlandsfärder han gjorde i tjänsten. Åtskilliga gånger tog han emot donationer av gods och gårdar både i Sverige och Livland. Detta tyder dels på att hans förtjänster uppskattades, dels på att han själv såg till att hävda sin rätt och förskaffa sig ekonomiska förmåner. Det sades ofta om honom att han var påstridig vad gällde det ekonomiska. Fisher skriver rentav om honom att han var ”greedy and constantly applied for new royal gifts”.¹⁰ (I breven påminner han ofta om löner som inte betalats ut och utlånade pengar som han inte fått tillbaka, se bl.a. kap 3.7.)

Den 26 november 1623 erhöll han privilegium på inrättande av ett nytt apotek i Stockholm. År 1626 eller 1627 överlät han dock skötseln av det, antagligen därför att han var med kungen i fält och inte längre tider kunde vistas i Stockholm. Några år senare sålde han apoteket, förmodligen till följd av den konflikt angående inköp och leverans av apoteksvaror, som han hade hamnat i med sin landsman Raleigh eller Ralle Sanderson.¹¹ (se kap. 1.6)

Även om Robertsson lätt hamnade i konflikter med borgare och andra personer i Stockholm vid hans läkarpraktik, så syntes kungen tillfreds med hans insatser och upphöjde honom år 1630 i adligt stånd.¹²

⁵ Denna stavning enl. Elgenstierna, band VI, s. 376. Förekommer även stavningen Robertson och de latinska namnformerna Robertsonius, Robertzonius och Robertsonus.

⁶ Namnformen A Struan enl. Sacklén, 1:a avdeln., s. 324

⁷ Elgenstierna, band VI, s. 376

⁸ SSNE, ISSN 1749-7000

⁹ Forsstrand s. 36-37

¹⁰ Ibidem s. 38-40

¹¹ Ibidem s. 40-43

¹² Ibidem s. 44

Robertsson ingick på 1620-talet äktenskap med Margareta Blomen med vilken han fick fyra barn, nämligen sonen Adolf och döttrarna Christina Jacobina, Elisabeth och Maria Eleonora. Margareta Blomen dog 1646 och därefter gifte Robertsson om sig med Anna Seitserf. Bröllopet ägde rum sommaren 1650, då brudgummen uppnått en ålder av 84 år, medan bruden bara var 15 år gammal. Robertsson dog år 1652.¹³

1.6 Konflikten med Ralle Sanderson

Den 26 november 1623 erhöll Robertsson privilegium på inrättande av ett nytt apotek i Stockholm. Det bestämdes att Robertsson skulle ha ensamrätt till försäljning av läkemedel. På grund av denna kunde han själv bestämma priset på läkemedlen och tjäna mycket pengar. Den 21 juni 1624 överläts även Slottsapoteket på Robertsson och året därpå blev han genom ett förnyat privilegium ägare av apoteket med rätt att anta en kompanjon. År 1626 eller 1627 överlät Robertsson skötseln av apoteket till fransmannen Jacob du Rées, antagligen därför att Robertsson var med kungen i fält och inte längre tider kunde vistas i Stockholm.

Eftersom Robertsson inte hade mycket pengar själv var han nödgad att ta hjälp av någon välbärgad person. Robertssons landsman Raleigh eller Ralle Sanderson gick i borgen för honom hos en landsman i Hamburg vid namn Nicolas Bass. Denne Bass importerade läkemedel från England och sände leveranser till Sverige. De två första betalade Robertsson för men ville inte betala för den tredje, när de nio månadernas kredit var förfallen. Såväl Sanderson som hans kontorist Johan Brun begav sig iväg på ett flertal resor för att kräva Robertsson på det han var skyldig dem, men då de inte fick ut något av honom stämde Sanderson honom vid Stockholm Rådsturätt.

Konflikten togs första gången upp i Svea hovrätt den 9 juni 1628. Därefter togs den upp vid 16 rättegångstillfällen till dess att dom fälldes den 2 maj 1629. Robertsson dömdes då att betala Sanderson. Likväl finns det en i juni 1629 daterad inlaga, vari Sanderson klagar över att han ännu inte fått ut något av sin fordran. Han påpekar att Robertsson ”brukar sitt besta till att försnilla mig min betalning” och nämner att det inte ska vara några problem för Robertsson att betala, då han äger över femtiotusen dalers värde i bl.a. lantgods, guld och silver. Han anger att ersättningen sammanlagt bör vara 5 000 rdr. Resultatet av denna inlaga har ej påträffats.

¹³ Elgenstierna, band VI, s. 376

Robertsson sålde apoteket några år senare till apotekaren Georg Christian Daurer, förmodligen till följd av konflikten med Sanderson.¹⁴

¹⁴ Forsstrand s. 40-44

2. Manuskriptförteckning och utgivningsprinciper

2.1. Manuskriptbeskrivning

De brev som är underlag för denna utgåva är handskrivna. Handstilen är densamma i brev 3.1, 3.2, 3.3, 3.5, 3.6 och 3.7 och eftersom de är skrivna i både Riga, Stockholm och Wolgast får man anta att det är Robertssons handstil. Redogörelsen och det samtidiga brevet är däremot skrivna med en noggrannare handstil och kan därmed antas vara skrivna av en skrivare.

2.2 Förteckning över Robertssons bevarade latinska brev

Textform/Adressat	Ort	Datum	Språk	Sidnr. i uppsats/ ej medtaget
Brev från JR till AO	Det sv. lägret, Riga	1621-09-12	latin	s. 9
Brev från JR till AO	Det sv. lägret, Riga	1621-09-26	latin	s. 11
Brev från JR till AO	Stockholm	1622-10-08	latin	s. 12
Brev från JR till AO	Nyköping	1623-04-04	latin	ej medtaget
Brev från JR till AO	Pillau	1627-10-31	latin	ej medtaget
Brev från JR till AO	Stockholm	1629-04-10	latin	ej medtaget
Brev från JR till AO	Stockholm	1629-04-22	latin	ej medtaget
Brev från JR till AO	Stettin	1631-03-04	latin	ej medtaget
Brev med bilaga från JR till AO	ej angivet	ej daterat	latin	s. 18
Brev från JR till GO ¹⁵	ej angivet	ej daterat	latin	ej medtaget
Brev från JR	ej angivet	ej daterat	latin	ej medtaget
Brev från JR till AO	Wolgast	1633-01-15	latin	s. 20
Brev från JR till AO	Wolgast	1633-07-26	latin	s. 22
Brev från JR till AO	ej angivet	ej daterat	latin	s. 24

¹⁵ Oxenstierna, Gabriel (1587-1640), SBL, band 28, s. 524

Det finns en tidigare förteckning över Axel Oxenstiernas brevväxling av Sondén. I denna anges 16 brev av Robertsson.¹⁶ Utöver de latinska brev, som nämns nedan, finns även två brev på franska, daterade 1632-09-24 (Dunkelsbühl) och 1632-10-11 (Nördlingen). Vissa brev är odaterade, men två övriga brev utan angiven ort är daterade 1626-07-22 och 1649-10-22.

2.3 Utgivningsprinciper

Jag har för avsikt att ge en klar bild över hur Robertsson använder språket och har därmed som mål att hålla mig så nära originalet som möjligt. Jag har valt att behålla förlagans ortografi, som skiljer sig något från det klassiska latinet. I bilagan angående rättegången (kap. 3.4) förekommer diakritiska tecken. Cirkumflex används i ablativ i första deklinationen, t. ex Angliâ. Grav accent används för att markera adverb, t. ex ultrò. Den förekommer även på prepositionerna à och è. Jag väljer att ta med dessa där de förekommer men inte komplettera där de saknas. Jag behåller förlagans bruk av v och konsonantiskt u.

För att underlätta läsningen har en del moderniseringar och ändringar gjorts, bl.a. följande:

- Interpunktionen har anpassats till modernt sätt, vilket ibland får konsekvenser för valet av stor eller liten bokstav. Kolon och semikolon byter jag ut mot punkt och komma.
- Jag har löst upp samtliga förkortningar. De ord som ofta förkortas är *Excellentia*, *Dominus*, *Majestas*, *nomine*, *Regia*, *Sacra* och *Vestra*. Dessutom förekommer ofta nasalstreck som ersätter 'm'. Det enklitiska –que är i texterna förkortat som –q. Även detta skriver jag ut.
- Vad gäller styckeindelningen har jag valt att göra ett nytt stycke med indrag dels då Robertsson själv har gjort det, dels då han har lämnat ett tydligt mellanrum på raden. I rättegångsdokumentet påbörjas varje mening på en ny rad. Där har jag valt att skriva ihop meningarna, men gör en del styckeindelningar där det lämpar sig beroende på textens innebörd.
- Ett apostrofliknande tecken används över 'u' för att skilja det från 'n'. Eftersom tecknet saknar funktion vid dataskrift har jag valt bort det.
- Många ord skrevs med stor begynnelsebokstav. Förutom vid egennamn och ny mening förekommer den stora bokstaven vid vokativer, titlar och hövlighetsuttryck med tillhörande attribut och personliga, possessiva och vissa demonstrativa pronomina (utom *se*, *sibi* och *suus*), vidare vid några i sammanhanget vördnadsbjudande ord, dit

¹⁶ Sondén, P., *Rikskansleren Axel Oxenstiernas Brevväxling och öfriga i Riksarkivet förvarade handlingar*, s. 186

jag räknar *Patria* och *Respublica*. I dessa fall har jag valt att behålla den stora bokstaven. Den används även vid ett antal substantiv av mer neutral betydelse, t. ex. *Urbs*, *Castra*, *Apotheca*, *Medicinalia* och *Corpus* och vid en del abstrakta substantiv, t. ex. *Misericordia*. Dessa har jag valt att skriva med liten bokstav. I de fall där Robertsson varit inkonsekvent ändrar jag begynnelsebokstaven enligt dessa principer.

- Strykningar och tillägg markeras i fotnoter med hjälp av nedanstående förkortningar då det gäller hela ord och meningar. De markeras dock i texten som supplenda < > och delenda { } då det gäller enstaka bokstäver.

Förkortningar

add.	addidit
alt.	alteravit
del.	delevit
< >	supplenda
{ }	delenda

3. Breven

3.1 Det svenska lägret vid Riga, 1621-09-12

Robertsson skriver från lägret i Riga. Han har fått ett tungt bud om att Axel Oxenstierna varit allvarligt sjuk vilket skakat Robertsson. Nu har Oxenstierna dock återfått hälsan. Robertsson meddelar att kungens angelägenheter framskrider väl och han hoppas att Riga inom kort ska vara i kungens händer. Han påminner om sin hustrus angelägenheter. I ett tillägg berättar Robertsson att en budbärare skickats till magistraten i Riga med ett hotfullt brev. Kungen skulle följande dag inta staden men det finns gott hopp om att Riga ska kapitulera och kunna intas utan blodspillan.

Illustrissime Domine,

Etsi non ita pridem, cum seruitore Serenissimi Ducis Caroli¹⁷ ad Excellentiam Vestram scripserim, humanitatis tamen vestræ et affectus (quæ mihi certe omnibus fortunis potiora sunt) suauissima recordatio ac jucundissima imago, nullius officij prætermissionem hoc tempore aut negligentiam admittunt, præsertim muneris huius literarij.

Neque est quod meditata oratione aut pluribus verbis huius meæ audaciæ veniam petam. Noui enim moderationem ac modestiam animi vestri, quæ se facile submittit ad hominem fortem, neque usquam magis elucescit quam in amplissimo virtutum suffragio, in sublimi solio dignitatis. Grauius certe nuntius me percussit, quod tam grauiter ægrotasse Excellentiam Vestram intelligerem. Heu qualem iacturam Respublica, quam immanem ego passus fuisset, si tam alieno tempore a nobis diuisa fuisset. Sed non capio gaudium, quod animum subinde meum refecit ac recreavit quamprimum rescuissem morbum. Vestrum pænitentia ductum errorem suum emendasse, atque Excellentiam Vestram¹⁸ ad pristinam sanitatem redijsse, quo certe nouo nuntio spiritus hic meus tædio submutus¹⁹ non tam reuiuiscere, quam viuere et ad vires suas redijsse videbatur. Deum precor ut quam diutissime saluam Excellentiam Vestram et incolumem nobis omnibus seruet.

Res Suæ Maiestatis optime progrediuntur speroque breui Rigam siue volentem siue nolentem suæ potestatis futuram. Deus vota et cœpta secundet, promoueatque ad nominis sui gloriam.

¹⁷ Karl Filip (1601-1622), Gustav II Adolfs bror, SBL, band 20, s. 710

¹⁸ *Excellentiam Vestram* supra lineam add. Robertsonius

¹⁹ *tædio submutus* supra lineam add. Robertsonius

Non repetam commendationem uxoris meæ²⁰, ne videar de affectu aut voluntate Excellentiae Vestrae dubitare. Certo enim mihi persuadeo ac polliceor non permissuram eam hac occasione et ubi tam alta montium juga, et tam vastae latitudinis maria me illi²¹ praeipiunt, quidquam desiderare quod necessitati ac honori illius cedere posset. Alium certe patronum aut parentem non habemus, nec alium nobis aut liberis nostris, Deus modo benedicat, statuimus. Quae rependere possumus, sunt vota tantum et preces, quibus apud Deum contendemus, ut diu Excellentiam Vestram saluam et incolumem Reipublicae ac nobis, cum dulcissima conjuge²² ac liberis seruet, cuius jucundissimam memoriam blandienti gaudio semper apud me fauebo, paratus, quamdiu vivo, sub gratiae ac humanitatis vestrae auspicijs omne bellum militare atque adeo mori. Vale.

Excellentiae Vestrae addictissimus

Jacobus Robertsonus

E castris Rigensibus

12 September 1621

Die crastino erat serenissimus Rex cum omni suo exercitu undequaque urbem invasurus, sed hodie, praemisso ad Magistratum tubicine cum minacibus literis, ut sese dedant, optimum retulit hac ipsa nocte responsum adeo, ut spes optima sit sub aequis conditionibus deditiois et sine sanguine potiundae urbis. Faxit deus propter Dominum Nostrum Jesum Christum.²³

²⁰ Blomen, Margareta (d. 1646), Elgenstierna, band VI, s. 376

²¹ scilicet Excellentiae Vestrae

²² Bååt, Anna Åkesdotter (1579-1649), Elgenstierna, band I, s. 700

²³ *Die crastino...Jesum Christum* in margine scripsit Robertsonius

3.2 Det svenska lägret vid Riga, 1621-09-26

Robertsson skriver från lägret, tio dagar efter intagandet av Riga. Han berättar att kungen hade förhandlat med borgarna i Riga. Dessa fick behålla sina privilegier men måste ta emot en svensk garnison. Robertsson berättar att kungen är på väg att hålla sitt intåg i Riga med hela sin här. Han framför även sin beundran av kungens barmhärtighet och tapperhet.

Illustrissime Domine,

Tabellarius, cui meas ad Excellentiam Vestram dedi literas, hoc ipso momento e nauis ad castra redijt. Volui itaque pauculis hisce lineis significare, Sacram Regiam Maiestatem plene cum Rigensibus transegisse saluis omnibus eorum privilegijs ac libertatibus hoc solum excepto, quod presidiarum militem ad lubitum Suæ Maiestatis excipere debeant. Atque hac ipsa hora diei XVI Septembris, qui est Dominicus, iam in procinctu est Sacra Regia Maiestas quæ²⁴ cum toto exercitu urbem ingrediatur et ut ab urbe et civibus cum omnium applausu et acclamatione excipiat. Opus hoc est Domini exercituum²⁵, cui laus honor et gloria in sempiternum. Est certe quod admiremur misericordiam ac clementiam divinam, qui per prudentiam, pietatem ac fortitudinem tanti Regis ac Principis tot hostiles animos sine cæde ac sanguine reconciliauerat. Quo certe facinore omnium Regum ac populorum animos in admirationem sui ac non dicendam satis laudem traduxit. Dominus deus in omnibus semper ita benedicat, saluam ac incolumem suam Maiestatem seruet ad nominis sui gloriam, ecclesiæ ædificationem atque patriæ ac omnium suorum emolumentum. Deus æternum benedicat Excellentiae Vestrae. Vale. Raptim e castris hoc ipso instante nunc Regiam Maiestatem sequuturus in urbem.

Excellentiae Vestrae addictissimus

Jacobus Robertsonus

26 Septembris 1621

²⁴ quæ ex qui alt. Robertsonius

²⁵ Den latinska bibeln, Za. 1,3, 1,4 etc.

3.3 Stockholm, 1622-10-08

Robertsson förklarar inledningsvis att han inte har kunnat skriva tidigare eftersom han har haft en besvärlig seglats. Jan Rutgers har låtit honom veta att Axel Oxenstierna och Per Banér har tagit hand om hans ärende och Robertsson är väldigt tacksam för detta. Robertsson har vidare hälsat på Oxenstiernas hustru som glädde sig åt sin mans tillfrisknande, men kände oro över hans försenade ankomst. Hon begav sig därefter till familjens hem på Tidö. Robertsson förmedlar vidare hälsningar från Jakob Spens och sin hustru.

Illustrissime Domine,

Vasta illa maria, venti aduersi ac tempestates, quæ vitam hanc desultoriam nauis inclusam per quinque fere septimanas tenuerunt, animum meum ad Excellentiam Vestram transvolantem retinuerunt, quo minus eam citius per litteras salutarem et inuiserem. Scio tamen quantos angores et labores hoc tempore pro Patria sustineat Excellentia Vestra qualemque nunc nauem torqueat. Ideo a longiore me scriptio contineo²⁶. Faxit Deus, ut quemadmodum virtute et genio vestro cruciatus hos omnes sustinere, ita patientia eosdem et vigore corporis superare possit.

Intellexi a Domino Rutgersio²⁷ Excellentiam Vestram causam meam cum Domino Petro Banniero²⁸ egisse ac transegisse, effecturamque apud Regiam Maiestatem, ut omnes defectus suppleantur.

Pro tanto affectu tamque summis ac maximis beneficijs quod retribuam non habeo, nisi vota et preces, utque tantam humanitatem ac benignitatem cum admiratione jucundaque recordatione animo semper inclusam habeam et cum gaudio foveam.

Generosissimam ac dilectissimam Dominam, conjugem vestram²⁹, statim, ut veni, salutari quæ ut maximo gaudio de sanitate Excellentie Vestre perfundebar, ita non parum anxiam tenebat, non dicam spes sed timor tardioris in Patriam reditus. Tydy, domum vestram, postea profecta est, et denuo redijt. Dominus Spensius³⁰ officiosissime salutatur Excellentiam Vestram statuitque hac vice ad eam scribere exoptatque felicem et citum et gloriosum reditum.

²⁶ Littera ultima non potest legi margine attrito

²⁷ Rutgers, Jan (1589 – 1625). Rutgers brev till Oxenstierna kan läsas på Oxenstiernaprojektets textedition på internet.

²⁸ Banér, Per (1588-1644), SBL, band 2, s. 658

²⁹ Bååt, Anna Åkesdotter (1579-1649), Elgenstierna, band I, s. 700

³⁰ Spens, Jakob (1571-1632), ODNB, band 51, s. 910-914. Spens och Robertsson verkar ha känt varandra rätt bra. Se vidare Spens brev till Oxenstierna i AOSB, avd. II.

Uxor mea mecum etiam humillime Excellentiam Vestram salutatur, neque credit me unquam in meis rebus quidquam effecturum aut promoturum et vere nisi per Excellentiam Vestram siue hic, siue alibi rogamusque obnixè, ne unquam affectum et gratiam vestram erga nos imminui aut mutari sinat.

Ego interim fausta omnia ac felicia precabor, Deumque rogo ut labores et sudores hoc tempore pro Patria secundet, valitudinem Excellentiae Vestrae conseruet, a periculis tueatur, ærumnarum ac periculorum præmium plena manu contribuat ac donet, id est pacem patriæ sibi que immortalē gloriam. Vale.

Excellentiae vestrae

addictissimus ac humillimus Servitor

Jacobus Robertsonius

Stokholmæ VIII Octobris 1622

3.4 Brev med bilaga, sine loco, sine anno

Datering av brev och bilaga är komplicerad. I bilagan återges händelser som skett i november år 1625 och därför kan brevet tidigast ha skrivits år 1626. Enligt Forsstrand togs fallet upp i Svea Hovrätt första gången den 9 juni 1628, men hade då redan behandlats i Stockholms Rådsturätt. Dom fälldes den 2 maj 1629.

Robertsson har kommit i konflikt med Paridon van Horn och sänder detta brev till Axel Oxenstierna tillsammans med den följande redogörelsen som nedskrivits om hans fall mot Sanderson. Oxenstierna har inte läst det tidigare och nu hoppas Robertsson kunna befria sig från all misstanke mot honom. Han förklarar att rådet endast tagit hänsyn till motståndarens beskrivning och inte av de avtal och skuldförpliktelser som Paridon van Horn erkänt och utlovat. Robertsson beklagar sig över de utgifter han har lagt ut för att föra sin sak och att han inte fått några ersättningar för dem.

Illustris ac Generose Domine

Dum gratia et favore proximi colloqvij cum Illustritate Vestra fruere, ne ex eo, ut tunc visum, nimis obstinatus et in mea opinione pertinax viderer, hæc paucula cum venia Excellentia Vestra deducere volui, ut innotesceret me non nisi maximis argumentis motum optimaque conscientia fultum, memet, ut ab omni malæ fidei suspicione in causæ meæ meritis deducendis vindicarem.

Nam in causæ meæ sublevationem subsidiarias binas, tum Sacra Regiæ Maiestati, tum Illustribus Dominis Senatoribus perlegendas submissè obtuli, ex quibus causæ meæ justæ meritæ liquido elucescere possunt, quarum unam ad Illustritatem Vestram, non dum â se lectam, perlegendam humiliter mitto.

In qua demonstro, in lata contra me sententia, non leve gravamen me sentire, quum Illustres Domini Senatores, solum et vnicè designationem adversarij respexerint, nullam verò contractus, obligationis debiti, confessati et â Paridone³¹ promissi, mercium receptarum earundemque usus et ususfructus habuerint rationem. Quum tamen illa designatio neque taxata, neque Hamburgo â materialista ante biennium defuncto, missa, immo sine die et consule in conspectum Illustrium Dominorum Senatorum, quum sententia esset ferenda, producta fuerit.³²

³¹ van Horn, Paridon (d. 1644)

³² anspelar på den bifogade redogörelsen

Solui tamen, ut in mea informatione dictum est, in honorem Illustrium Dominorum Senatorum revisionem petere, sed potius sine ulteriori juris strepitu quiescere, ac tantum Sacrae Regiae Maiestati justae meae causae merita innotescere volui.

Ne etiam Illustrissima Dominatio Vestra ab adversario meo servolis suis quaerelis commoveri aut persuaderi sineret, malui potius de jure meo aliquid remittere, et in honorem Illustris Dominationis Vestrae summam capitalem, prout petitur, numerare et ita in tantum illi satisfacere.

Id interesse, et expensas me minime teneri existimo, tum quod merces ab adversario coempta, non mihi sed Paridoni ab Horn in mea absentia ab ipso fuerint traditae tum ego ipsis non versaverim, nec ullum quaestum ex illis, vel per illas acceperim, sed omnes in emolumentum apothecae, quam non ego, sed Paridon ab Horn tenuit, et adhuc tenet, redundarint.

Sumptus, et expensas in causa peragenda, nullas erogavit, nec necessum habuit, cum multis namque litigia semper et indefesse aluit, illisque noctu interdiumque, citra meam causam vacare, ac interesse necessum habuit. Praeterea, inter cives, civitatensesque et extra Regnum simul, ab aliquot annis mercatura egit, et in aliorum servitijs tamquam procuratorem se gessit.

Hisce tamen et alijs multis omissis qua longum ac tediorum esse deducere, ut ab initio ita nunc, me totum, mea anima, et omnem hanc controversiam, unice iudicio ac definitioni Excellentiae Vestrae. Quicquid etiam statuerit instar legis et pro lege habebo.

Deum obnixè rogo ac precor, ut Illustrem Generositatem Vestram cum illustri sua familia diu salvam ac incolumem tueatur ac conservet.

Illustris Generositatis Vestrae

Devotissimus Servitor

Jacobus Robertsonus

Bilaga till brev: Redogörelse för rättegångstvisten

Dokumentet är en redogörelse för käranden Robertssons fall mot svaranden Sanderson. I mars år 1625 befallde Robertsson att två eller flera förteckningar skulle nedskrivas över de läkemedel som skulle importerats från England. En överlämnades till Sanderson, för att han skulle sända den till London där läkemedlen skulle inköpas. Den andra behöll han själv i apoteket i Stockholm. Sanderson krävde dock omsider att en annan förteckning skulle sändas till Hamburg för att läkemedel skulle införskaffas där. Robertsson meddelade att han överlät hela skötseln av apoteket till Paridon van Horn, då han själv skulle resa bort i tjänst med kungen. I september samma år bad Sanderson Paridon att beställa läkemedel från Tyskland till apoteket. Paridon lovade Sanderson att införskaffa läkemedlen, vilket skedde i Robertssons frånvaro och utan att han visste om det.

I november år 1625 mottog Paridon varorna från Hamburg och såg att de var förstörda och att priset var för högt. Därför sände han ett brev där han krävde en reducering av det alltför höga priset. Handlaren vägrade dock detta. Till följd av det vägrade Paridon att betala och Sanderson stämde Paridon till en förhandling med guvernören och krävde att få betalt. Paridon gick med på kravet och lovade att betala. Trots detta mötte Paridon guvernören, som rekommenderade parterna till skiljedom.

Härav följde att Sanderson måste rikta sina krav mot Paridon och av honom kunna kräva en ersättning, då Paridon hade förbundit sig till att läkemedlen skulle införskaffas, då Sanderson litade på Paridons ord att han skulle sköta om detta och då det var Paridon och ingen annan som enligt kungligt privilegium hade rätten till apoteket och dess vinster. Beslutet bygger på sex skäl. Skälen är att Sanderson valt Paridon till sin gäldenär, att han stämt Paridon och fört en strid över det som Paridon är skyldig honom och att Paridon – och inte Robertsson – har förbundit sig till detta.

Informatio in causa Doctoris Jacobi Robertzonij appellantis contra Sandersonium appellatum

Etsi appellans in iudicio civitatensi ob iniurias sibi ab appellato illatas accusationem tantum instituerit, tamen senatus in causa civili³³, præterita iniuriarum actione, contra appellansem pronuntiavit. A qua judiciali pronuntiatione appellans ad iudicium aulicum appellavit, deductis sequentibus ibidem causæ meritis.

³³ civili ex civile alt.

Mense Januarij Anno 1625 post reditum Sacræ Regiæ Maiestatis Gothoburgo Stockholmiæ, duo vel plura iussit appellans conscribi inventaria pro medicamentis ex Angliâ deferendis, unum tradidit appellans appellato, ut ad coemenda³⁴ iuxta præactum inventarium mitteret Londinum, alterum appellanti in sua Apotheca reservaretur. Mittitur Londinum, sed capto latore inventarij a Dunkerkanis institit appellatus apud appellantem, ut is aliud conficeret inventarium quod ad coemenda medicinalia mitteretur Hamburgum. Ad quod appellans respondet se, cum teneretur cum Sacra Regia Maiestate proficisci, totam curam suæ apothecæ commisisse Paridoni ab Horn³⁵, quare nolle ut postmodum quicquam suo nomine in provisionem apothecæ procuraretur.

Mense Septembri quinque menses post discessum appellantis, appellatus adit Paridonem ab Horn quæsitum, an ex Germania sibi in usum apothecæ medicinalia conscribi vellet. Assensit Paridon solutionemque absente inscienteque appellante, modo incorrupta medicinalia appellerent, promittit appellato.

Paridon mense Novembri merces Hamburgo per appellatum conscriptas hic recipiens, vidensque illas corruptas plusque iusto pretio taxatas per {per} literas ibi mitigationem cum defalcatione nimie taxationis postulat.

Rescriptis literis, id sibi denegatur a Mercatore.

Quare cum Paridon negaret solutionem, appellatus citat Paridonem ad Gubernatoris iudicium pulsaturque pro solutione sibi facienda. Paridon confessus debitum appellato id solvere promittit.

Etsi Paridon appellato solutionem promiserat, attamen ratione debiti huius confessati Paridon appellantem coram Domino Gubernatore judicialiter convenit. Sed Dominus Gubernator perpendens controversiæ merita, ad arbitrium bonorum virorum partes remittit.

Arbitri, ubi contractum a partibus initum vident laudarunt, ut Paridon solutionem appellato faceret, vel si iura partium aliud suaderent, ille ulteriori jure invicem experirentur.

Quod ipsum partium arbitrio viri boni illi reliquerunt.

Ex premissis infallibiliter sequitur

- 1) Cum Paridon medicamenta conscribi ac adferri iusserit solutionemque promiserit immò per obligationem ad eandem se astrinxerit,
- 2) Cum appellatus fidem et verbum Paridonis secutus, merces huc adferri curaverit,
- 3) Cum usum et usufructum totius apothecæ cum fruitione regii privilegii habuerit, medicinalia allata ultrò receperit, pro libitu ea distraxerit et in usum suum converterit,

³⁴ *medicinalia* kan ha fallit bort vid utskrift

³⁵ van Horn, Paridon (d. 1644)

Ergo

Jure ipso Paridoni appellato, ad solutionem faciendam executivèque contra eundem non contra appellantem ratione huius debiti procedendum esse certum est.

Rationes

- 1) Jura namque volunt, cum quo lis incepta est cum eodem etiam finiri³⁶ debet maximè, cum appellatus pro semel sibi Paridonem debitorem elegerit.
- 2) Cum appellatus Paridonem citaverit, litemque super debitum moverit.
- 3) Cum vigore obligationis Paridon, et non appellans, appellato teneretur, ex quâ certa appellato competierit actio.
- 4) Nec ulla actio contra appellantem appellato competere potest nisi in defectum non factæ solutionis a Paridone ipsique appellanti ab eodem ratione concreditæ et administratæ apothecæ usus fructusque illius fuisset satisfactus.
- 5) Alias appellatus jure suo contra Paridonem sibi competenti privaretur quod jura vetant.
- 6) Nam et Paridon ipse, si ratione huius debiti post a se factam solutionem convenire vellet appellatum opponere illi appellans in vim solutionis recompensationem potuisset, usque dum detractis detrahendis alter alteri satisfacisset. Quia in hoc casu et conventio et reconventio ad eundem finem tendunt nimirum satisfactionem.

Illustres autem Domini Senatores in lata contra appellantem sententia solum inspexerunt designationem appellantis illiusque unicè non autem obligationis debiti que confessati et à Paridone promissi habuerunt rationem. Cum tamen illa neque taxata, neque Hamburgo a materialista, qui ante biennium obierat missa, immò sine die et consule in conspectu Illustrium Dominum Senatorum, quum sententia esset feranda, producta fuerit.

In qua sententia licet non parum gravatur appellans, tamen in Honorem Illiustrium Dominorum Judicum noluit revisionem petere, sed saltem ut justæ suæ causæ merita Suæ Regiæ Maiestati innotescerent hæc pauca relinquere et quiescere sine ulteriori juris strepitu maluit. Certò certiùs sibi persuadens tantum in hac sententia esse mutatas personas et quod cogatur facere appellato Paridonem simile quoque facturum appellanti.

Præterea urgenti sui decreti executionem appellato appellans justam et integram solutionem obtulit in paratis et usualibus nummis immò iuxta proprium computum appellati iuxta quem antea appellans appellato debita eum ipso ratione mercium nonnullarum contracta solverat.

³⁶ *finiri ex finire* alt.

Cur autem hactenus recusavit et adhuc oblatam solutionem accipere recusat nullam iustam causam video. Quod si vero in tali sua pertinacia perseverare pertexerit, Sacræ Regiæ Maiestatis censuræ computationem et valuationem faciendam committere cogo. Paratus namque sum quovis tempore illi in alba moneta svetica satisfacere.

3.5 Wolgast, 1633-01-15

Brevet är skrivet ungefär två månader efter konung Gustav II Adolfs död och Robertsson sörjer döden av en "fader för land och kyrka, ett stöd och stöttepelare". Han skriver att drottningen är förtvivlad av sorg. Han skriver att han ämnar lämna tjänsten i fall Oxenstierna inte fortsätter visa honom samma välvilja som tidigare. I ett PS skriver Robertsson att Johan Skytte sänt honom brev från universitetet i Dorpat, som Robertsson nu sänder vidare till Oxenstierna.

Illustrissime Domine,

Tristissimus euentus unici nunc christianæ religionis luminis extincti (sine quo immensa caligo uniuersum orbem christianam obtexisset, omniaque densissimis superstitionum tenebris obuoluta fuissent) nec oratione, nec lachrimis, ne quidem silentio exprimi potest. Cuius sanctissimam memoriam et res præclarissime gestas, supra omnium, qui unquam fuerint Imperatorum admirabiliores ac stupendas, nulla unquam delebit obliuio.

Heu, nimium illi dulce fuit, ac decorum pro Patria, libertate ac religione tam cito mori. Cuius nomen toto orbe formidabile simul et laudabile ac venerandum fuit. Qui verissimo elogio pater patriæ, Ecclesiæ Christi, imperij, sanitas sustentaculum, robur, et columen dici potuit. Sed silere præstat, quam pauca dicere.

Serenissima Regina quotidie lachrimis ac gemitibus sanctissimum corpus sua præsentia decorat. Semetipsam simul conficit, neque dissuaderi se sinit, aut vult, quo minus hoc faciat.

Ego de mea orbitate et conditione nihil dicam, sed quam gratiam et fauorem ab Excellentia Vestra hucusque expertus sum, eandem imposterum sperabo. Si enim hæc spes me falleret, statim, statim³⁷ meas reulas recolligerem ac cum uxore et liberis valedicerem, non prius tamen insalutata Excellentia Vestra cum summa gratiarum actione pro maximis erga me præstitis beneficijs. Sed protectionem et sustentaculum mihi ab Excellentia Vestra pollicebor, qua etiam mei absentis rationem (nullus dubito) habitura sit.

Ego precibus meis Excellentiam Vestram semper diuinæ protectioni commendabo, ut omnia in hoc magno et graui, pro Ecclesia et Patria, onere, quod sustinetis, fæliciter succedent concedatque ad opus suum peragendum, et exequendum Excellentia Vestrae animum, uires, et sanitatem firmam ac diuturnam. Dabit, sine dubio, quia, causa iubet superos melior sperare secundos.

³⁷ nos ante meas del.

Datum Volgasti 15 Januarii 1633

Excellentiæ Vestræ

Deutissimus Servitor

Jacobus Robertsonus

Dominus Johan Skytte³⁸ scripsit ad me litteras, quibus hæ ad sacram Regiam Majestatem ab Academia Dorpatensi missæ, inclusæ fuerant, quas cum meis cum suo seruitore ad Excellentiam Vestram mitto.

³⁸ Skytte, Johan (1577-1645), SBL, häfte 159, s. 502

3.6 Wolgast, 1633-07-26

Robertsson sörjer fortfarande kungens död. Han påminner om att Oxenstierna är hans beskyddare. Han skriver även att han börjar bli gammal och inte protesterar i fall de vill ersätta honom med någon annan. Han klagar över att han har stora utgifter för att underhålla sin familj men får liten lön. Han ber att Oxenstierna ska komma ihåg honom och hans angelägenheter och att skriva till sin bror och övriga riksråd och rekommendera att de ska låta betala ut det som Robertsson kan fordra.

Illustrissime Domine

Condonet, quæso, Excellentia Vestra, si amor, fiducia, et simplicitas has a me litteras expriment, sique eis Excellentiam Vestram tam publice, quam priuatim occupatissimam, inque tam illustri ac sublimi loco collocatam ad hæc mea tenebricosa deducere audeam. Amisso, heu, communi omnium Parente ac Domino (cuius acerrimum ac indelebile vulnus dolebo semper, neque dies sensum doloris abducere aut obliuionis callum unquam inducere poterit) labor sub onere tot concurrentium aduersitatum, et ita iactor, ut ex longinquo, ne portum quidem prospicere valeam.

Sed quum Excellentia Vestra singulari quadam Dei prouidentia unicus mihi destinatus electusque Fautor, cui me meaue hactenus commisi quemque tam benigne tamque paterne semper suscepit atque habuerit, spem concipio voti me compotem tandem aliquando futurum præsertim, si per litteras ex Consilio Excellentie Vestre Consilium capere possim, quid mihi imposterum faciendum quidue expectandum sit. Ex responso Excellentie Vestre, vel diutius subsistam vel colligam sarcinulas et alio me conferam. Non repetam tot amorum seruitia, neque quærar quantos in hoc itinere sumptus fecerim, quam paucos acceperim, tantæ familiæ alendæ quum 8 vel 9 personis victum et amictum suppeditare debeam. Hæreo inter sacrum et saxum, spemque metumque inter dubius, etsi animus non altius aspiret, quam ut amoliri possit duris in rebus dominantem ægestatem, in hac præsertim ingrauescente ætate. Si Illustribus Regni Senatoribus mea seruitia non displiceant, atque eadem jubeant, non recuso, ita tamen, si tanquam emeritus inseruiam et nunc propior sum septuagesimo, quam sexagesimo,³⁹ neque uires sufficunt ut ante, ad veteres labores sustinendos.

Ego Excellentiam Vestram tanquam columen Patriæ ac vindicem publicæ libertatis et unicum mihi per Dei gratiam destinatum Fautorem humiliter rogo, ut mei et causa meæ

³⁹ Robertsson var 67 år gammal

meminisse dignetur, et ut Illustri Domino Fratri⁴⁰ Excellentia Vestra nunc presenti reliquisque Regni Senatoribus per litteras commendatum velit, utque ea quæ mihi iuste debentur, non absque honorario gratiose persolui curent.

Statuerat Excellentia Vestra in Castris prope Noribergum⁴¹ mihi de bonis aliquibus prope Magdeburgum, vel alibi prospicere. Nunc eandem gratiam expecto et, ne multitudo negotiorum cogitationem eiusce rei supprimat, Deum supplex oro. Nisi alæ defuissent iam diu euolassem ad Excellentiam Vestram. Sed fruar usura jucundæ expectationis litterarum Excellentiae Vestrae, cuius ingentia in me beneficia a primo meo adventu in hoc usque tempus collata ex memoria mea nunquam labi sinam, utque me clementi suo patrocinio recommendatam velit, humiliter rogo. Deus Optimus Maximus omne genus benedictionis in Excellentiam Vestram effundat, sanitatem in multos annos producat, spiritum sapientiae ac prudentiae munit, ac gubernet, ut sopitis belli tumultibus, tandem per Excellentiam Vestram sub aurea pace, omnes Deo libere inseruire possimus.

Illustris Excellentiae Vestrae

Seruator humillimus ac deuotissimus

Jacobus Robertsonus

Sæpius has litteras exaravi, ut unæ si non omnes in manus Excellentiae Vestrae incidere possit.

Volgasti 26 Julij 1633

⁴⁰ Oxenstierna, Gabriel (1587-1640), SBL, band 28, s. 524

⁴¹ Oxenstierna befann sig i augusti och september 1633 i Frankfurt am Main, enl. brev utgivna i AOSB, avd. 1, band 9

3.7 Brev, sine loco, sine anno

Axel Oxenstierna betitlas greve och därav kan man förstå att brevet är skrivet tidigast år 1645, eftersom Axel Oxenstierna blev greve av Södermøre detta år. Robertsson omtalar planerna av sitt andra giftermål, vilket han ingick sommaren år 1650. Han nämner även sin svärson läkaren, vilket syftar på hans dotter Maria Eleonoras make Peter Fuchs von Bühlstein, och att denne ska åka till Tyskland på våren. Dessa gifte sig den 2 oktober 1649 och brevet bör således ha skrivits någongång under vintern 1649-1650.

Robertsson inleder med att tacka Oxenstierna – nu betitlad ”lysande greve, Sveriges rikskansler” – för alla välgärningar mot honom, särskilt med tanke på att Robertsson är utlänning. Robertsson förklarar att han har lånat ut tretusen riksdaler till två av sina svärsöner (residenten Johan Gerhardsson Graan och Adolf Fredrik Schletzer), vilka nu har försvunnit med pengarna utan att tacka honom. Residenten vill inte tillåta sin fru, Robertssons gravida dotter, att besöka Robertsson eller hennes nygifta syster. I stället ska de komma i vår tillsammans med Robertssons släkting, som också är läkare. Då Robertsson blivit övergiven av hela sin familj har han beslutat att gifta om sig. Robertsson hoppas att med Oxenstiernas hjälp få ut åtminstone en del av vad drottningen är skyldig honom.

Illustrissime Comes,⁴² Magne Sueciæ Cancellarie,

Etsi nihil singulare habeam quod scribam, nisi literas, gratijs quantis possum maximis plenas, pro summa erga me exercita humanitate, præsertim extraneum, pro magnitudine meritorum vestrarum, tot enim ac tanta sunt beneficia, quæ affectum Excellentie Vestrae vere paternum expresserunt. Quem toties expertus et cui confisus, nolui literas rerum vacuas ad Excellentiam Vestram scribere, ut non saltem de me et meis rebus aliquid dicerem. Generi mei duo,⁴³ quibus ante paucas septimanas tria millia Talerorum Imperialium dedi, et sponte mea, adeo suæ naturæ et sanguinis aboleverunt et cognatæ charitatis, ut neque gratias mihi egerint, neque Residentis⁴⁴ filiam meam ipsius uxorem⁴⁵ me patrem aut suam sororem nuper nuptam⁴⁶ permittere velit, ut nos invisat. Gener etiam meus Medicus⁴⁷ vocatus bis a suo

⁴² Oxenstierna blev greve av Södermøre år 1645

⁴³ Resident Johan Gerhardsson Graan och Adolf Fredrik Schletzer, vilka Robertsson kom i tvist med angående deras fruars arvslotter

⁴⁴ Graan, Johan Gerhardsson (d. 1679), Elgenstierna, band III, s. 89

⁴⁵ Robertsson av Struan, Christina Jacobina, Elgenstierna, band VI, s. 376

⁴⁶ Elisabeth gifte sig med Adolf Fredrik Schletzer år 1646

⁴⁷ Robertssons yngsta dotter Maria Eleonora gifte sig den 2 oktober år 1649 med livmedikus Peter Fuchs von Bühlstein (1612-1668), Sacklén, 1:a avdeln., s. 332

principe per literas cum Titulo Consiliari ac Medici Cubicularij statuit primo vere, nisi impediatur, cum uxore, filia mea,⁴⁸ nunc gravida in Germaniam proficisci. Ita ego a meis omnibus solus derelictus statui uxorem ducere⁴⁹, sed usque ad reditum Excellentiae Vestrae nihil concludam.

Spero ope Excellentiae Vestrae Reginalem Majestatem, quae mihi iustissime debentur, si non per omnia, ex parte saltem satisfacturam. Mitto ad Excellentiam Vestram literas filij⁵⁰. Iste Gubernator ad quem Excellentia Vestra scripserat, curavit me citari Dorpatam ad⁵¹ praesentem Majestatem. Ego supplicavi Reginae, cuius supplicationis exemplum ad Excellentiam Vestram mitto. Faelicem me si sensero sereno vultu Excellentiam Vestram meas nugae suscepisse. Sed Sueciam faelicissimam, quae vestro confilio et curis hactenus conseruata, augmentata et exaltata fuerit.

Mens mea multis anxietatibus evecta, aduentu Excellentiae Vestrae facile reconvalescet.

Bono Patriae, ac bonorum omnium quam diutissime, faelix atque incolumis vivat Excellentia Vestra, quam semper praecibus meis apud deum commendo.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae

Deditissimus Seruitor

Jacobus a Struan, Robertsonius

⁴⁸ Robertsson av Struan, Maria Eleonora, Elgenstierna, band VI, s. 376

⁴⁹ Robertsson gifte om sig med Anna Seitsarf (1635-1672) sommaren 1650, Elgenstierna, band VI, s. 376

⁵⁰ Robertsson, Adolf (satt fångslad i Dorpat då staden övergick till ryssarna), (d. 1659 el 1660), Elgenstierna, band VI, s. 376

⁵¹ *ad supra lineam add.* Robertsonius

4. Bibliografi

Källa

Stockholm, Riksarkivet/Oxenstiernska samlingen, Axel Oxenstierna av Södermöre

Litteratur

Ahlberg, Axel W., Lundqvist, Nils & Sörbom, Gunnar, *Norstedts Latinsk-Svenska Ordbok*, Stockholm, 2001

Elgenstierna, Gustaf, *Svenska Adels Ättartavlor*, band I-IX, Stockholm, 1925 (nytryck 1998)

Fisher, Th.A., *The Scots in Sweden*, Edinburgh, 1907

Forsstrand, Carl, ”En stockholmsläkare under förra hälften av 1600-talet”, *Samfundet Sankt Eriks Årsbok*, s.36-54, Stockholm, 1925

Murdoch, S. och Grosjean, A. (ed.), *Scotland, Scandinavia and Northern Europe (SSNE), 1580-1707*, ISSN 1749-7000

Oxford Dictionary of National Biography (ODNB), 1-60, Oxford, 2004

Sacklén, Johan Fredrik, *Sveriges Läkarehistoria ifrån Konung Gustaf I:s till närvarande tid*, Nyköping, 1822

Sondén, P., *Rikskansleren Axel Oxenstiernas Brevväxling och öfriga i Riksarkivet förvarade handlingar*, Stockholm, 1907

Svenskt Biografiskt Lexikon (SBL), band 1-31 & häfte 159, Stockholm, 1917-2005

Tengström, Emin, *Latinet i Sverige*, Lund, 1973

Wetterberg, Gunnar, *Kanslern Axel Oxenstierna i sin tid*, del I-II, Stockholm, 2002